



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 139. Tridentinus Cardinalis a Mediolanensis ducatus administratione amotus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI.
A. C. 1557. jusque socios, quibus amplior erat potestas, transmittere jubebantur. Nec suo frustrabatur successu ejusmodi deman- data facultas; cum enim sedulo in hæ- reticos inquireretur, intra hujus anni decursum ferme octoginta mortis sup- plicio fuerunt sublati.

§. CXXXIX.

*Tridentinus Cardinalis a Mediola-
nensis Ducatus administratione
amotus.*

Thuan. l. 19. Eodem hoc anno Mediolanensis Du- catus alium adeptus est Guberna- torem; illo enim tempore Tridentinus Cardinalis huic ditioni præerat, Pifca- rius vero Marchio Regii exercitus im- perium in eodem Ducatu tenebat, cum tamen Philippus II. de utroque queren- di causam haberet, ac præcipue de Pif- cario, qui Valfeneriis, & Chierio per e- jus oscitantiam amissis Fossanum sese receperat, nec inde exire ausus fuerat, hinc Rex de mutandis hujus Ducatus Rectoribus consilium cepit, cum autem Cardinalem sine mora sua dignitate spo- liare nollet, eoquod tam generis sui no- bilitas, quam meriti, ac dignitatis ex- cellentia majorem indulgentiam exqui- rere viderentur, hinc præprimis eidem ærarii sui Regii curam ademit, eo fine, ut

ut auctoritatem suam inde plurimum Sæc. XVI.
 diminui cernens, ipse petita abeundi A. C. 1557.
 licentia Mediolano discederet. Alludit
 quoque Philippi desiderio rei eventus;
 quippe Cardinalis, cum se illo destitu-
 tum fulcro, quo hucusque suam aucto-
 ritatem solidius firmare poterat, sat
 luculenter cognosceret, aliunde vero
 Philippi voluntatem sibi probe perspe-
 ctam haberet, hinc ultroneam muneris
 sui abdicationem sibi magis honorifi-
 cam fore censebat: itaque administran-
 di Ducatus onus sibi adimi rogabat,
 ubi non suas preces iterare cogebatur,
 mox annuente Philippo, unde nonnisi
 de eligendo Successore agebatur. Ca-
 staldus Marchio, qui ipse Cardinalem
 apud Regem accusabat, eodem a
 gubernatione remoto in ejus locum sub-
 stitutum iri sperabat Piscarium Mar-
 chionem, cui clam favebat ob memo-
 riam defuncti Marchionis Piscarii tot
 victoriis clari, sub quo Castaldus
 prima stipendia merebatur. Verum
 Castaldus spe sua frustrabatur; nam Jo-
 hannes de Figueroa, qui jam antea Me-
 diolanensis arcis Præfectus erat, Du-
 catui etiam cum summo imperio præ-
 ponebatur.